

† Anno ab Incarnatione domini nostri Iesu christi
Millesimo Trecentesimo Quinto. Regnante domino nostro
Karolo secundo etc. Regnorum suorum anno vicesimo pri-
mo, Mense Augusti nono decimo die eiusdem Tertie Indi-
ctionis apud Barolum, In presentia nostrum Petri de Fal-
cone Regalis Baroli Iudicis, Magistri Spine et testium
litteratorum etc. Nobilis vir Lucas avunculus domini Io-
hannis Pipini de Barolo militis Magne Regie Curie Magi-
stri Rationalis voluntarie Guadiam per convenien-
ciam dedit et per sollempnem stipulationem promisit, no-
bili viro sire Andree de Iudice Gaudio concivi nostro, ut
si amodo ad duos annos finitos dictus sire Andreas vel
sui heredes dederint solverint et assignaverint dicto sire
Luce vel suis heredibus uncias auri viginti ponderis gene-
ralis in Karolensibus auri boni et iusti ponderis quatuor
per unciam computandis, vendicio unius pecie de terra .
. . . aratoria Capacitatis in semine salmarum decem site
in pertinentiis olim Cannarum nunc Baroli per fines infe-
rius designatis
nunc dictus sire Luce vel suis heredibus in dicto termino
dictas uncias auri viginti, dictus sire Lucas vel sui here-
des teneantur incontinenter dare eidem sire Andree finitis
annis duobus. uncias auri decem et dicta venditio terre
rata fit et firma etc. fines autem predicte pecie de terra
sunt hii videlicet iuxta terras domini petri de Marra. iuxta
viam qua itur ad Canusium. immo flumen et iuxta alias
terras dicti sire Andree. Quod scripsi ego predictus Ma-
gister Spina publicus Baroli notarius etc. signo meo con-
sueto signavi. (*Segue il segno, ma mancano le firme del giu-
dice e dei testi.*)